Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38332
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



135

Xpe super eam. quadrata est potestas in celo & in terra.. Uel de quorum ca apostoli dicunt.. Subiecit populus nobis. & gentes sub pedibus nostris.. Elegit nobis hereditatem suam.. Subiectas sibi a xpo gentes & populus dicunt. quorum malitia conculcata dignos in hereditatem xpi fecerunt, uel hereditas xpi. sca ecclesia est.. Unde dixit alio loco. Dns pars hereditatis meae.. & nos sua. & illenus.. Secdm illud.. Posti mea dns. eius speciem iacob quam dilexit.. De pulcritudine eius iacob elegit apostolus. qui ab eius stirpe discendentes haec dicunt. quod aut eum diligat. Iudi proph & am. Jacob dilexi. esau autem odio habui. Ascendit dsi in iubilatione. Clarum enim ascensio eius. In qua multitudo angelorum cum magna iubilatione dicebat.. Tollite portas principes uestras.. Jam redituri ex proelius.. & dns in uoce tube.. In qua duo angeli tamquam tuba illo ascendente apostolis praedixerunt. hic ihs qui receptus e. a uobis. sic ueni & quem admodum uidistis eum euntem in celum.. Uel post uictoria. quod uicit diabolum sic ascendit.. Unde dicit in alio psalmo.. Tollite postes principes uestras. & eleuamini poste aeternales. & introibit rex gloriae.. Uel sicut legimus in actus apostolorum. quando ascendit de monte oliueti. Uiri galilei quid hic statis aspicientes in celo. hunc ihm qui adsumptus e. a uobis in celo. sic ueni & quem admodum uidistis eum euntem in celo.. Psallite deo nostro psallite. psallite regi nostro psallite.. Quia oppressa mostis dominatu. carnem cum quia iacuit in tumulo. euexit ad caelum.. Qnm rex omni terrae dns.. Quia iam non sum in iudea & hierusalem nous. sed in omnem terram fidei lumine declaratus.. Psallite sapienter.. Utque cantus p litteram. intellegatis spiritalis dicta. Regnauit dns super omnes gentes. quas in hereditate accepit a patre.. Unde alia in psalmo dicit.. Dabo tibi gentes in hereditatem tuam. & possessionem tuam terminos terrae.. Uel excelsus dns super omnes gentes. Dns super celos gloria eius. Dsedit super sedem scam suam. ad dexteram patris.. Uel in angelis pro innocentia eorum dicuntur sedes. quia non peccauerunt.. Inde dixit caelum. ibi sedis est.. Dns sed & super sedem scam suam. hoc est in ecclesia.. Unde dictum e. Anima iusti. sedis sapientiae.. Principes populorum. apostoli.. Congregatis sunt. ad iudicandum.. Uel principes populorum. id est seniores xpianorum.. Cuius figuram tenebat centurio uel modo illi qui tenent ipsam fidem. quam habuit abraham.. Unde dictum e.. Multi uenient ab oriente & occidente. & recumbent cum abraham & isaac & iacob in regno caelorum.. Cum do abraham.. Ds abrae. ds isaac e. quia est ds uiuentium..